



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

7. De Apertione lateris, depositione de cruce, & sepultura. Ioan. 19.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

De apertione lateris, depositione de Cru- VII.  
ce & sepultura. Ioan 19.

I. **V**NUS milium lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit anguis ex aqua. quanto cum dolore B. Matris hæc intuentis, & implentis quod debeat passionum Christi, cuius anima magis erat in transfixo corde Filij ubi amabat, quam in corde proprio ubi animabat? Voluit vero Christus post mortem suam cor suum lancea aperiri & transfigi, 1. ad sananda tot tantaq; grauia cordium nostrorum vulnera, cum ex corde exeat omnia, quæ hominem coram Deo coinquinant, flagitia. 2. ad transfigenda corda nostra casti Timoris Dei lancea, ne semel mūdata iterum se sinant coinquinari. 3. ad testandam immensam suam erga nos charitatem, ex qua tanta pro nobis fecit & pertulit. 4. ad pandendum nobis asylum & refugium tutissimum in omnibus temptationum, desolatiōnum, tribulationumque ingruentibus procellis, de quo præclare D. Bernar.

*Si insurgant aduersum me pralia, si sensiat Serm. 9.  
mundus, si fremat malignus, si ipsa caro in Ps. 50.  
concupiscat aduersus spiritum, in te ego spe-  
rabo: nempe ad omnem temptationem, ad*

omnem temptationem, ad omnem tribulationem, ad omnem denique causum quae modi necessitatem avertit nobis urbis refugij, sinus mairis expansus est: patent viae scera misericordie Dei nostri. 5. Ad reserandum nobis quintum fontem aquarum salientium in vitam æternam, supra alios quatuor ante reseratos, quibus ablueremur, refocillaremur, & nutritremur, ad quos Iesuas in spiritu exultans nos inuitat: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Compassio, gratitudo, amor, spes, recursus ad Christi vulnera.

II. Depositum est de cruce corpus Iesu per Iosephum & Nicodemum, diuino ad id instis eti excitatos in conspectu afflictissimæ Matri, Ioannis, Mariæ Magdalenæ, aliarumque piarum mulierum. Vbi expende quam mira fuerit æterni Patris de gloria filij exaltanda semper solliciti prouidentia, qui occultos hos discipulos ad supremum hunc magistro suo honorem deferendum, praeter opinionem omnem, tam efficaciter exstimalavit. quanta illi liberalitate omnia sacro funeri necessaria comparant? quanta reverentia diuinū corpus deposuerint? quanta pietate id exosculati fuerint? Quam ineffa-

*Isa. 18,*

effabili doloris pariter & amoris excessu sacrosanctum illud pignus mœstissima Mater finu exceperit, lacrymis rigarit, osculis disfluauiata fit, intuens animo simul & acerbissimos dolores omnes, quos dilectus viscerum suorum singulis sensibus & membris corporis tolerarat, & intima viscera infinitæ caritatis, ex qua vltro eos in se susceperebat! quam diuinos tunc affectus compassionis, compunctionis, gratitudinis, amoris, resignationis, & similes sibi familiares, & quam ardenter renouarit? quam deuotè æterno Patri plagas filij & cruciatus omnes obtulerit? quo pacto tam diuino pignore inspiciendo, amplexando, exosculando satiari nequierit? Quam sedulò piissimam Matrem Magdalena cum sodalibus in his prædictis æmulata fuerit? Quo pietatis, compassionis, compunctionis, gratitudinis, amoris sensu & tibi plague salvatoris tui, & cruciatus pro te tolerati, meritò forent creberimè recolendi? Zelus imitandi B. V. in prædictis affectibus ciendis.

III. Diuinum corpus, ubi satisfactum, amori & dolori plangentis Matri, aromatibus conditum, sindone inuolum, delatum ad locum sepulturæ, in-

clusumque est monumento novo ex-  
ciso in petra; quanto pietatis sensu,  
quanto amoris affectu, quanto omnium  
luctu? Quam feruenter praedictos af-  
fectus B. Mater cum perenni lacryma-  
rum profluuiō innouarit? quam agre-  
cum Magdalena alijq; à sepulcro, ubi  
dimidium suum depositum erat, auelli-  
potuerit? quam deuote aeterno Patri  
filij corpus breui resuscitandum com-  
mendarit? quam pie se in manus pa-  
terinæ Dei prouidentiae ad omnia, ad  
vitam & mortem resignarit? ac demū  
nocte ingruente abire coacta, actis  
submissè pijs illis viris gratijs, quam  
diuinos affectus compassionis, amo-  
ris, resignationis quasi de novo in-  
choarit, atque in sequenti triduo in-  
clusa cubiculo continuarit? quam vi-  
ua fide, certa fiducia quam incenso de-  
fiderio gloriosam Filij resurrectionem  
exspectarit? His expensis praedicti af-  
fectus renouandi, & perfectissimi  
B. Matris tunc frequentatis affe-  
tibus vnti, per eam Fi-  
lio offerendi.

*Finis Meditationum Secun-  
da Partis.*

TER-